

nicum missionis in bona materiam admodum perturbauerit, quod copiose demonstrauit Böhmer. in iure Eccel. Libr. II. tit. XV. §. 9. seq. Non tamen constans aliqua sed varia variis in locis eius rei erat conditio, quod abunde ostendunt verba Const. El. Sax. 29. *dass mit den Kummeruurd Arrestiren viel Missbräuche, Unrichtigkeit und Ungleichheit in den Gerichten vorgefallen.* Magis adhuc id illustrant maiores nosiri, ICti Wittenbergenses, in illustr. eur. quaest. var. controv. P. I. qv. 71. item P. III. qv. 7. no. 55. 56. et 66 – 78. et Lipsienses eius temporis Scabini in suis resolutionibus illi collectioni adiectis qv. 90. et 111. Ex his horum ICtorum traditis apparet primo, quemlibet admitti debere ad arrestum imponendum, *darum mag. scribunt Wittenbergenses, auf sein Ebenthewr ein jeder kummern;* deinde, ICtos Professores, nisos art. 70. L. I. Spec. Sax. foli arresto, immissione non subsecuta, ius in re non concessisse, Practicos autem iuris, ut ibi dicuntur, siue causarum patronos, fortassis etiam iudices, glossam ad eundem textum testatos, arrestis vii pignoris praetorii tribuisse, Lipsienses denique de ea re inter se vehementer dissensisse; tum, arrestum, cum singulis iudiciis suus ordo in ea causa tractanda placuisse, ex opinione Wittenbergensiun, non solum ter, propter laudatum art. 70. renouandum vel imponendum potius, sed etiam, ex analogia art. 5. L. III. Sp. Sax, itidem ter denunciandum esse, qui igitur totum hoc negotium ex duobus istis articulis deriuarunt, qui ad rem non satis apti videntur, cum alter de executione contra eum, qui pro conuicto habendus est, agat, alter de deponente et commodante suas res reposcentibus; tandem, censuisse Wittenbergenses, collocandos esse arrestantes, in concursu creditorum, post hypothecarios et personaliter priuilegiatos, sed ante chirographarios tamen. Quod consilium ex aliqua parte approbavit Elector Augustus, et ita quidem, vt in constit. 28. P. I. deponentes aestimationem rei depositae postulant creditaque alimentaria et piarum causarum sola praeferrri arrestis, reliqua vero personaliter priuilegiata nomina postponi iis iussent. Postremo, cum omnis iudiciorum forma ordinatior fieret per Ord. Processus ao. 1632. propositam, titulo eius 48. arresta hypothecis

b 2

pror-